quippe nomine cognomen sec
tatoribus datum est. xpiani uero
olim a iudeis quasi obprobrio na
zarei uocabantur, pro eo quod
dns noster atque saluator a ui
co quodam galileae nazareus sit
appellatus. Non se autem glorie
tur xpianum qui nomen habet et fac
tum non habet. ubi autem nomen
secutum fuerit opus. certissime
ille est xpianus quia se factis os
tendit xpianum ambulans sic
et ille quidem ambulauit. a quo et
nomen traxit. Catholicus uni
uersalis siue generalis interpre
tatur. Nam greci uniuersalem
catholicam uocant. Ortodoxus
est recte credens et ut credit recte ui
uens. Orto enim graece recte dici
tur. doxo gloria est, hoc est uir
recte gloriae, quo nomine non
potest uocari qui aliter uiuit
quam credidit. Neofitus graece
latine nouellus et rudis fide
lis uel nuper renatus interpretari
potest. cathecuminus dicitur
pro eo quod adhuc doctrinam
fidei audit. necdum tamen bap
tismum percipit. Nam cathecu
minus graece auditor inter
pretatur. conpetens uocatur qui
post instructionem fidei conpe
tit gratiam xpi. Unde et a petendo
conpetentes uocati. Laicus po
pularis. laos enim graece popu
lus dicitur. proselitus id est adue
na et circumcisus qui miscebatur
populo di graecum est.

EXPLICIT LIBER SEPTIMUS

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI VIII

IDE DE ECCL ET SINAGOGA DE
RELIGIONE ET FIDE DE HERESIB
ET PHILOSOFIS. POETIS. SIBIL
LIS MAGIS PAGANIS. AC DIIS
GENTIUM.

I De eccl et sinagoga
II De religione et fide
III De heresi et scismate
IIII De heresibus iudeorum
V De heresibus xpianorum
VI De philosofis gentium
VII De poetis
VIII De sibillis
VIIII De magis
X De paganis
XI De diis gentium

## DE ECCLESIA ET SYNAGOGA

Ti. Ecclesia graecum est quod in
latinum uertitur conuocatio
pro eo quod omnes ad se con
uocet. catholica uniuersalis.
anoθωλeeaon id est secundum
totum. non enim sicut conuen
ticula hereticorum in aliquibus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0230